



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 97. Libellus supplex a conjuratis Gubernatrici porrectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1566

§. XCVII.

Libellus supplex a conjuratis Gubernatrici porrectus.

Grotius &
Strada l.c.
Thuan. l. 40.

Spond. hoc
ann. n. 21.

Conjurati hac suppellectili instructi ad Gubernatricem admittuntur, quam Brederodius post officia, venerationesque factas hunc in modum allocutus est:
 „Nobiles Belgæ, quos hic coram celsi-
 „tudo tua videt, aliique ejusdem Ordin-
 „nis, qui propediem aderunt sane com-
 „plures, ideo mecum una convenere,
 „ut tu, quanto studio a te aliqua pe-
 „tant, ex hac ipsa celebritate cogno-
 „scas. Hæc porro quæ sint, dum sup-
 „plici hoc libello perleges, ego te om-
 „nium nomine oro, ne in animum in-
 „ducas tuum, nihil aliud honestis hisce
 „viris propositum fuisse, nisi Regis ob-
 „sequium, amplitudinemque, ac pa-
 „triæ salutem..” Hæc effatus libellum
 obtulit supplicem ista addens: „ha-
 „beo præterea nonnulla, quæ cum tua
 „Celsitudine conferre cupio, idque eo-
 „rundem sociorum nomine, ne tamen
 „a proposita mihi sententia forte aber-
 „rem, libenter illa e scripto, nisi one-
 „rosum Celsitudini vestræ sit, in præ-
 „sentia recitare volo..” Annuente Mar-
 garita, scriptum suum prælegit, cuius
 summa hæc erat: „plurimum dolemus
 „nos Nobiles quod Celsitudo vestra ad
 „Pro-

„Provincias scripserit de hoc fœdere Sæcul. XVI.
„tamquam ope, ac societate Gallorum, A.C. 1566.
„Germanorumque composito, specie
„quidem patriæ salutis, re autem ipsa
„spe populationis, ac prædæ. Id au-
„tem quemadmodum gravi cum Bel-
„gicæ Nobilitatis nostræ injuria tuæ
„Celsitudini delatum est, ita nos Nobi-
„les eam te enixe rogamus, ut nomina
„eorum, qui hoc detulere, proferas, co-
„gasque illos accusationem legitime, ac
„palam adornare, ut aut fœderati, si
„criminis convincantur, aut accusato-
„res, si crimen falso intenderint, pari
„suppicio castigentur. ,,

§. XCVIII.

*Gubernatricis responsum ad hunc li-
bellum.*

Hæc legatio solo numero conspicua *Strad. &*
non parum turbabat Gubernatri- *Thuan. l.c.*
cem, quæ majorem insolentiam qui- *Belcar. l.30.*
dem pertimescebat, adhuc tamen dis- *num. 45.*

simulatione utendum existimans, haud
gravate horum libellum specietenus ac-
cepit, responditque, „maturius vestra
„ponderabo postulata, & quando non-
„nisi Regis dignitatem, patriæque sa-
„lutem spectabunt, haud dubio eisdem
„satisfaciam: ceterum quod de literis
„ad provincias a me datis querelam
„instituatis, certe non jure vos queri

Mm 5 „con-